



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Bellvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](#)

Ceterum ad vitandos scripulos, nisi constet de contrario, presumendum est similes Vicarios legitime facere quae faciunt. Solent enim Episcopi dare varia commissiones suis Vicariis, quae essent inspicienda.

Absolu-
tio dele-
gata ex-
communi-
cato.

C A S V S . X I .

*Titius inculpat ignorat suam excommunicati-
onem. Delegatur ipsi potestas audiendi
confessiones.*

QVÆRITVR, An haec delegatio sit valida?

R Esondeo, Valde probabile est quando quis ignorat suam excommunicationem inculpatem, valide ipsi delegari potestatem audiendi confessiones; ita ut ea licite vti possit post absolutionem absque noua delegatione. Idem multo magis dicendum est de facultate legendi libros prohibitos tali excommunicato collata. Certissimum autem est actus eius qui sic accepit iurisdictionem, esse validos.

Baptis-
mus ab
heretico
collatus.

B A P T I S M U S .

C A S V S . I .

An licet Infantem deferre ad Ministrum ha-
reticum, vt ab eo baptizetur?

Vel adstante instar Patrini?

Vel interesse causa honoris?

Vel dare nomen inscribendum Ministro?

Vel suscipere infantem per interpositam perso-
nam?

Vel in illo Baptismo admittere nomen Patrini?

Vel dare munusculo seu eleemosynam?

R Esondeo, Non videtur quidquam istorum permitendum. Quia sunt actus Religionis, quibus tacite secundum usum populi Christiani proficitur illos esse legitimos Ecclesie Ministros. Confirmatur, Quia igitur præcipitur, ut adest Ministerium, & ab illo petant baptismum, ut hac ratione prosteantur illum esse verum Ministerium Ecclesie: ergo non est licitum parere. Sicut enim non licet parere dum aliquid præcipitur, in odium religionis vere, ita neque dum præcipitur aliquid in confirmationem & professionem religionis false.

Vnde primò, Nefas est suis manibus infantem Ministerio offerre.

Secundò, Adstante instar Patrini; nam & hic approbat suo facto & honorat illud Ministerium. Sed dices, Honorat baptismum, non officium Ministri. Respondeo, Indò vtrumque suo facto honorat. Non enim adiutus Minister ob extremam necessitatem, sicut laicus: sed tanquam ordinarius & publicus Minister populi. Accedit, quod Patrus illi cooperetur, infantem tenendo, & supponendo actioni Ministeri.

Tertiò, Interesse causa honoris. Nimirū si adstas, vt alij, externo habitu & gestu honorem habens illi actioni. Secùs si comiteris causā honoriandi infantem vel parentes, & baptismum non interfisi: vel certè nō vt alij specie venerationis. Nec refert quod rogati in genere à Ministro, an fateatur hanc esse sinceram doctrinā de baptismō, aliqui ex istis nihil respondeant: quia suo facto, & honore exhibito id videntur fateri, & silentio illo id quodammodo confirmare: saltem alij videri posunt confirmare, & ita res non caret scandalo.

Quartò, Dare nomen inscribendum Ministro: hoc enim est consontire in cooperationem cum Ministro ad baptismum, etiam si exteri illa cooperatorio non sequatur.

Quintò, Suscipere per interpositam personam: nimirū si intendat esse susceptor in tali baptismō: hoc enim est in illum baptismum consentire.

Sextò, Admittere Nomen Patrini: intellige in illo baptismō. Secùs si in genere, non intendendo esse Patrinus in tali baptismō.

Septimò, In dando munusculo seu eleemosynam non est difficultas, modò non detur Ministerio, sed infanti: est enim munus honorarium & politicum dari consuetum, non eleemosyna propriam.

C A S V S . I I .

*Vtrum Infans, quæ alter parentum vult à Mini-
stro post aliquot menses baptizari, possit ante
à Catholicō Sacerdote ritu baptizari?*

Rebapti-
zatio.

R Esondeo, Expedire ut talis infans ante à Catholicō Sacerdote ritu Ecclesie baptizetur. Alter enim parentis ius habet ut sic curet baptizari. Nec refert quod secundò baptizabitur ius tu alterius, quia ad hoc alter permisum est habet.

C A S V S . I I I .

*An valde rudes ante plenam instructionem nō
possint baptizari, si periculum sit ne forte non
redeant; posito quod aliquis fideiueat pro
illis, quod curabit eos pleniū instrui?*

Instru-
ctio ad
baptis-
tum,

R Esondeo, Si norunt ea quae necessaria sunt ad iustificationem, & doleant ce peccatis cum proposito emendationis; possunt eo casu baptizari. Sed oneranda conscientia fideiueoris ut p̄f̄st̄ quod promisit.

B E L L V M .

C A S V S . I .

*Commissarius, Capitaneo id petente, annota-
uit plures milites, quam re vera sub signo
erant: hinc plus Capitaneo solutum, quam
ipsi debebatur.*

Fratu-
s ex
numero
militum.

QVÆRITVR, Vtrum Capitanem, an verò Com-
missarius Regi restituere debeat?

R Esondeo, Commissarii obligationem pen-
dere ab obligatione Capitanei, cui pecunia
numerata: non enim tenetur nisi secundariò, &
in subsidium seu defectum ipsius.

Capitanus autem dupliec ex capite excusari potest: Vēl quia stipendia ordinaria, iudicio bonorum & intelligentium, non sufficiunt (quod ramen non facile credendum, cū apud hostem sufficiant minora;) & tunc possit ex furto illo supplere ad eam summam, quę iudicaretur equa; reliquo, quod superat, restituto. Vēl quia illa utilitas in negotiis Regis expendit, v.g. ad iuvandos milites, qui defecta solutionis vel perirent miserijs, vel fugerent, vel seditionem mouerent. Tunc enim, quia negotium sui Principis utiliter gessit, non tenetur; vt colligitur ex l. 2. ff. De negotijs ge-
ritis; & ratio naturalis dictat. Aliud caput excusationis esse posset, si Capitanus remitteret Regi tantumdem ex ijs quae nomine iusti stipendijs ipsi debentur.

N. iiij Si nihil

Si nihil horum ex parte rei interueniat, Commissarius tenetur de suo non solum ad id, quod primò solutum est; sed etiam ad id, quod postea solutum est ex vi falsæ scripture, cuius ipse auctor exitit.

Militare
stipen-
dium.

C A S V S I I .
Princeps assignat Militi Stipendium decem aureorum in singulos menses: Capitanus qui militem conscribit, pacificatur cum singulis de nouem annis, quia loco commodo sunt dispositi.

Q U E R I T U R , An possum decimum illum aureum sibi referuare?

3
Si militis
est resti-
tuatur
militi.

REspondeo, Decimum illum aureum esse vel Principis, vel militis. Est militis, si Princeps tanti taxauit menstruum obsequium. Siec enim reliquis rebus potest pretium legitimum impone, ita etiam obsequio militum & famularum: & eo cafu debitum est militi. Hoc modo videtur Princeps hic facere. Nam non datur Capitaneo auctoritas ut pacrum ineat, sed ut militem conscribat, cui non ipse, sed Princeps per alium ministrum satisfacit. Accedit, quod Princeps in singula capita præparat decem aureos, cœloq; accipit Commissarius vel Capitanus distribuendos in milites. Siec ergo Oeconomus iniquè ageret, si pecuniam vel partem pecuniae quam accepit ad soluendum operarijs, sibi retineret: ita etiam Capitanus vel Commissarius retinens sibi decimum illum aureum. Præterea militibus fit iniuria; nam non datur ille pretium legitimum sui obsequij.

4
Si Prince-
pis, (quod
versus) re-
stitutur
Principi.

Est Princeps illa pecunia, si Princeps non assignauit veluti pretium legitimum obsequij, sed tanquam id, quod dari possit: reliqua tamen libertate pacificendi minoris, si occasio se offerat ex loci vel virbi opportunitate: tunc enim si Capitanus pacificatur minoris, id quod supereft, pertinet ad Principem. Sicut si dominus det Oeconomum pecuniam ut operarios conducat, & ille conductus minoris quam dominus putabat conductos, id quod supereft, ad dominum pertinet. Valde credibile est Princeps hoc modo assignare stipendium, præfertim pro militibus qui in locis commodis militant, vbi aliae quæstus occasiones se offerunt. Quia credibile est illum velle ut quam utilissimo modo omnia administrentur. Et sanè, tali loco melius est habere nouem aureos, quam alibi decem. Deinde, si Princeps sciret magnam summam tali modo retentam, eam sibi usurpare tanquam suam, nec agnosceret esse militis, cum militi rationabiliter sit satisfactum.

Militare
stipen-
dium.

C A S V S I I I .
Virum Capitanei possint aliquo artificio ali-
quid amplius accipere à Principe, quando
stipendia non sufficiunt?

Officiali-
bus & mi-
litibus de-
bet moderata
stipendatio.

REspondeo, Olim fuisse assignata stipendia, quæ illis temporibus sufficiebant ad officium militare decorè præstandum; quæ postea, vbi pecunia facta est vilior, & res cariores, non sunt autem iusta proportione. Officia tamen militaria mercantur sustentationem moderatam, quodque in suo ordine. Nam si quis benè ea obire velit, non suppetunt ei rationes & tempus aliter lucrandi.

Itaque putarem Capitaneis & singulis militibus tantum deberi, quantum præcisè necessarium est ad sustentationem moderatam, & ad officium illud decorè præstandum. Quod autem non tantū eis assignetur, in causis est, quia Principes norunt si amplius detur, fore augendum luxum; nam non idēo a fraudibus plerique abstinebunt: & tandem stipe[n]dia force tam magna ut non possint satisfacere. Quia tamen norūt id quod datur sufficere, & ferē omnes varijs artibus fraudare, videntur tacitè consentire & permettere, vt ita fiat. Vnde Princeps Parmensis aliquando respondit Societas L E S V Patribus regia castra sequentibus, non esse faciendum scrupulum Capitaneis, ob quinque vel sex pagas mueras, vt vocant.

6
Princeps
videtur
tacitè con-
sentire, &
fraudes.
Praesentia
castrorum
casus.

C A S V S I - V .

V rūm Militibus, ceterisque stipendiarijs iusta Pabula-
castra sequentibus licita sit Pabulatio?

Dico Primò, Pabulatio est licita in locis ho-
stium stipendiarijs omnibus iusta castra se-
quentibus, sicut & alijs militibus; quia cùm ser-
uant Principi in exercitu, iure militum vtuntur
in omnibus illis, in quibus ipsorum & militum ea-
dem est ratio, qualis est Pabulatio.

Dico Secundò, Pabulatio non videtur licita in locis amicorum subditorum Principi, si satis pa-
buli ad castra adheatur, & possit tibi comparare subditio-
rum: sicut patet de carne, pane, &
alijs esculentis & poculentis. Quia nec auctoritas
Principi, nec naturæ ius suffragatur: qui duo ti-
tuli soli videtur posse tribuere potestatem in vin-
dicandâ re alienâ.

Dico Tertiò, Si pabulum non adheatur, nec
possit comparare per inopiam, videtur licita pa-
bulatio: quia est extrema vel grauis necessitas: quo
cafu pabula debent sereni communia.

In hoc tamen cafu si quis enormiter lèdatur, facienda ei videtur compensatio ab ijs qui habet:
Tunc tam
facienda
compen-
satio.
sicut passim DD. docent de rebus magni pretij ac-
ceptis in extremâ necessitate. Si enim quando domini sunt presentes, non audent accipere ijs ini-
tutis, & soluent; cur non etiam teneantur ab-
sentibus?

Nec obstat quod quando paucæ turmæ alicubi confidunt, fiat distributio per pagos & loca quæ pabula suppeditent; ac prouinde cum hoc in exercitu iuncto fieri nequeat, videatur Princeps per-
mittere liberam pabulationem. Primò, Quia idēo forte non assignantur singulis turmis sua lo-
ca, quod tunc pabula adheuantur ad castra, sicut annonæ. Deinde, Quia etiamsi Princeps permit-
teret liberam pabulationem ob necessitatem; ta-
men non censem dare auctoritatē lèdendi enor-
miter absque compensatione, sed proportione
quadam: nam Princeps in oneribus subditorum
tenetur seruare iustitiam distributiam, quantum
fieri potest. Quod si aliqui excedant modum, est
præter voluntatem Principis; vnde cèsetur id re-
linquere conscientijs ipsorum, iuxta naturæ leges;
vt in multis alijs necesse est.

Similiter non obstat quod Provincia, pro qua
bellum geritur, debeat iuware subsidijs quantum
opus est ad bellum finem: quia hoc non tribuit mi-
liti potestam grauandi enormiter hunc præ illo:
imò nec Principi, nec Magistratibus patriæ: quia
in oneribus debet seruari iustitiam distributiam pro-
portio,

9

10

portio, quæ h̄c facilē seruari potest si Magistratus eurent ut sumptu publico sufficiens pabulum aduehatur modico preio; sicuti à prouido Principe & Republicā bene ordinatā fieri & ordinari debet.

Dices, Ex consuetudine videtur hoc esse onus praediorum, quando bellum geritur pro bono Provincie. Quæ consuetudo non videtur contra rationem; nam damnum potissimum in diuities redundat, quorum sunt ea prædia, respectu quorum non est enorme ordinari. Et meritò videntur hoc onus posse ferre, cùm ex prædijs magna quoque emolumenta alijs omnibus temporibus accipiunt. Quod confirmatur, Quia ea vestigalia censentur iustissima quæ imponuntur rebus pretiosis, quibus diuities potissimum vtuntur; vt ipsi soli, quibus facilē est perferre, sentiant hinc detinesta.

Respondeo, Propter hanc rationem non ausim condemnare hanc sententiam, modò constet Principe fecisse potestatem liberè vbiuis accipendi sine compensatione; vel talis sit consuetudo legitimè præscripta, & ab omnibus passim usurpata; vel sit recepta iam olim consuetudo Princeps permittente; & si qui pauperes graue damnum percipiunt, eis fiat, re cognitā, compensatio.

An autem Princeps hanc potestatem fecerit, est quæstio facti. Certè non videtur fecisse, dum permettit Magistratibus vii potestate ordinaria in huiusmodi pabulatorum. Et consuetudo quoque talis nō videtur esse, præsertim apud probos: quia domino præsente non acciperent absque compensatione, cur ergo absenti admant?

B E N E F I C I V M .

C A S V S I .

Institutio beneficiati. An semper ius instituendi & electio eius qui instituendus est pertineat ad Episcopum?

Quod Archidiaconus sua auctoritate nō habeat ius instituendi, sed solum ex Episcopi mandato, exp̄sè definitū est ab Alexandro III. Cap. Cū solis, de Officio Archidiaconi. Vnde manifestum est cū Archidiaconus instituit aliquem in cura animarum, id eum non facere posse nisi Episcopi auctoritate; & ipsum Episcopū censeri illam institutionem facere, quia facit per Archidiaconum, tanquam per suum instrumentum. Itaque ius instituendi per se & propriè tunc resedit in Episcopo, & ad eum pertinet qui iure proprio potest illum actum institutionis facere, licut potest committere.

Ex quibus ulterius manifestè sequi videtur, electionem instituendi, quando patronatus est Ecclesiasticus, pertinere ad patronum, non ad Episcopum, iuxta Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 18. Quia institutio in casu proposito ad nullum alium proprio iure pertinet, quād ad Episcopum. Episcopus enim illa commissione facta Archidiacono, non facit vt ius instituendi ad alii, quād ad seipsum pertinet; aut vt institutio ab alio, quād ab Episcopo facienda sit, vt Concilium requirit, quæ verba bene notanda sunt, quia aperèt requirent ut ad alium proprio iure pertineat, sic vt Episcopus eam facere per se non possit. Accedit quod alioquin Episcopus semper posset sibi reservare electionem instituendi, & sic eludere ius patronorum, contra apertam Concilij dispositionē.

C A S V S I I .

Titius ex denominatione Vniuersitatis N. cuius Denominatio ad
Privilegium requirit ut nominandus tempore vacationis beneficij habeat legitimam Beneficiū ex priu-
atatem, accepit beneficium quod requirebat atem, ex priu-
ut denominandus esset Sacerdos, cū Titius legio
tunc solum erigit annū vigesimum tertium. Vniuersi-
tatis.

Quæritur, An Titius fuerit capax denominationis ad illud beneficium?

Respondeo breuiter; Cū ipsa Bulla Privilegij Vniuersitatis exp̄sè requirat, ut nominandus tempore vacationis beneficij atatem legitimam attingat, quam beneficium tale requiri, & solum concedat dilationem Ordinis illi annexi; non videtur dubitandum quin Titius fuerit incapax denominationis; quia tempore vacationis atatem legitimam, quam beneficium postulabat, nō attingebat: Beneficium enim ex sua fundatione requirebat ut denominandus iam esset ad Presbyterium promotus: ac proinde iure communis postulabat atatem 25. annorum saltem inchoatorum: at denominatus solum agebat annum 23.

Secūs fortè esset si nullam atatem mentionem fecisset. Nam cū ipsum beneficium non postulet illā atatem nisi ratione Ordinis, adēcō vt si adsit Ordo ante illam atatem (vt si quis esset factus Sacerdos anno 22. atatis) etiam adsit capacitas denominationis; hoc ipso quo disp̄satur circa Ordinem, etiam dispensatum censemur circa atatem. Accessorium enim sequitur suū principale, & sublatto fine tollitur ratio meditorum. Hoc tamen in nostro casu locum non habet, quia exp̄sè talis atas requiritur. Vnde non sc̄ habet per modum accessorijs.

C A S V S I I I .

Postquam Episcopus sedi Apostolicæ presenta- Beneficiū collatum
tur, ab eadem confirmatus est, vacat bene- ab Epis-
ficiū; ille hoc Titio confert ante captiam scopo sō-
possessionem sui Episcopatus. lūm con-
firmato.

Quæritur, An collatio illa per Regulas Can-
cellarie Romane reddatur inualida?

Respondeo, Probabile est Regulas Cancella- Régules illæ
rie Romanae non obligare in externis pro- an obligent
vincijs, nisi sint ibidem promulgatae & recepta. alias Pro-
Primò, Quia id est probabile de alijs constituti- vincias.
tibus Pontificis & Conciliorum: cur non etiam de Regulis Cancelleriae. Antecedens docet An-
gelus V. Lex, n. 13. Sotus l. 1. de Iustitia, q. 1. a. 4.
Caietanus & Barth. Medina l. 2. q. 90. alijque re-
centiores non pauci.

Secundò, Quia istæ regulæ potius pertinent ad Indices Cancelleriae & Rotæ, vt secundum eas Romæ caussas beneficiarias decident, quād ad totius orbis beneficiarios, ac proinde nō obligant eos ante sententiam Romæ latam. Quod Confir-
matur, Quia ante Ioannem XXII. nullæ erant Regula scriptæ secundum quas iudicaretur, sed solum consuetudo & praxis, teste Ludouico Go-
mez. in Regulas Cancelleriae, in principio: quod sigum est eas non pertinuisse ad alias Provincias.
Quod ipsum etiam nomen Regulæ indicat. Di-
cuntur enim Regulæ Cancelleriae, quod secundū
N. iiiij. eas